UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

auri, & ex his uerbis enunciatiuis non probatur dotes illas fuisse solutas, nec aliquem, & præsertim Seruadeum pro illis se obligasse, & uerba enunciatiua propter aliud non probant, deinde circa finem literarum asseritur, quòd ipse Seruadeus putat Moysen filium suum se obligasse ad restitutionem dictarum dotium, ex qnibus uerbis non infertur, quòd eius fi-
12 lius pro certo se obligauerit, cum † ea uerba putat Moysen &c. sint uerba ambigua nihil pro certo ponentia, l. fundum, §. seruus, ff. pro empto. ¶ Peæterea quamuis putauerit filium suum se obligasse, non tamen sequitur, quòd ipse Seruadeus se obligauerit, qa
13 † nunquam persona extrinsecus subintelligitur, l. si ita stipulatus fuero, §. grisogonus in finalibus uerb. ff. de uerborum obliga. Et dato, sed non concesso, ꝙ Moyses filius Seruadei tempore contractus matrimonij dotes recepisse, & se ad illarum restitutionem obligasset, non tamen ex hoc infertur, quò pater Seruadeus ad illarum restitutionem teneatur, ex quo ipse ignorauit solutionem dotium, nec eo tempore, quò promissæ, uel solutæ prætenduntur, præsens fuit, & nullum peculium, siue hæreditatem filij habet, ut in l. 1. & ibi habetur, C. ne fil. pro pat. & præsertim cũ Moyses decesserit superstite Samuele filio infante, cuius nomine hæreditas à Seruadeo auo adita non
14 fuit. Et † quamuis ipsi auo post mortem nepotis, qui in infantili ætate decessit, hæreditas iure transmissionis delata fuerit, l. si infanti, C. de iure deliberan. tamen auo hæreditas non fuit acquisita, nisi mediante aditione, ut in d. l. si infanti, & cùm non constet de aliqua aditione per Seruadeum eius nomine facta, uerum est dicere, Seruadeum non fuisse hæredem Moysis filij sui mediatè, uel immediatè, & præcipuè, quia dictus Moyses decessit sine aliquibus bonis, & si fortè Seruadeus pater aliqua illi assignauit, ipse Moyses omnia ludendo, & dilapidando cõsumpsit, ut iam dictum fuit. Ex prædictis itaq; constat. Seruadeum non teneri ad redditionem rationis, nec aduersario iuramentum in litem esse deferendum, & minus ipsum Seruadeum teneri ad dotis restitutionem. Et hæc dicta sint ultra alia, quæ doctissimè in præsenti causa excellentissimi urbis aduocati allegauerunt. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Actui interesse ad illius ualiditatem is potest, cuius præsentia, & consensus simplex requiritur, quamuis ex eo actu commodum, & utilitatem secundario, & in consequentiam consequeretur, secus, si principaliter num. 5.*

2 *Item secus, si authoritas illius requireretur.*

3 *Auctoritas, & consensus differunt.*

4 *Præsentia propinquorum in contractu, seu actu aliquo requisita omnem doli, & fraudis præsumptionem excludit.*

6 *Statutum tollens, seruata illius forma, restitutionem in integrũ intelligitur ob enormen, non autẽ ob enormissimam læsionem.*

7 *Enormissima læsio semper in quacunque dispositione etiam iurata censetur excepta.*

8 *Dotium causa quando interesse, & aliquod lucrum ultra dotem à die moræ deberi, & peti possit, & quando aduersus illud, etiam non obstante iuramento, restitutio petatur.*

EPITOME.

Absolutionem ab administratione tutelæ factam à maiore 18. anno ualere cum præsentia alterius ex propinquis ex forma statuti interesse debentibus, qui hæres fideiussoris ipsius tutoris extitit.

Et dotis causa quando mulier lucrum aliquod, seu interesse ultra dotem licitè consequi possit, & quando ab illo debeat abstinere, hic demonstratur.

CONSILIVM CXXVII.

Viso instrumento absolutionis [illegible] Iulium Fasaninum dominæ Th[illegible] matri, & olim tutrici suæ de om[illegible] eam administratis tàm in pupil[illegible] in adulta ætate, usque ad diem [illegible] instrumenti, ac etiam considerata assigna[illegible] ctuum, & redditum quorundam cuius[illegible] sionis ipsius Iulij per eum facta dictæ eius [illegible] no quolibet, & hoc pro redditibus dotium [illegible] Thadeæ debitarum, donec, & quousq; [illegible] Iulium, & do. Thadeam aliter de dictis do[illegible] rumq; introitibus conueniatur. Primò con[illegible] esse arbitror, absolutionem supra factam in [illegible] re, & ualere, ex quo per Iulium facta fuit po[illegible] decimũ octauũ suæ ætatis, & cũ auctoritate [illegible] ctoris collegij iudicum, & præsentibus du[illegible] propinquis, uidelicet fratre patruele, & quo[illegible] auũculo, & sic forma statuti super hoc loq[illegible] ta. Nec obstat, ꝙ auũculus fuit quodãmõ [illegible] suo, cũ in effectu ipse tãq; hæres sui patris, [illegible] Thadea tutrice fideiussit, eẽt pro administ[illegible] stis in dicta tutela obligatus, arg. eorum, [illegible] Bar. in l. 1. per glo. ibi positã, ff. de aucto. tut[illegible]
1 responderi potest, ꝙ † ex quo statutũ requ[illegible] pnãtiã, & simplicem consensum propinqu[illegible] sunt ad actus ualiditatem actui interesse, q[illegible] hac absolutione cõmodũ, & utilitatem sal[illegible] dariò, & in pnãtiã consequi potuerint per e[illegible] luit Bal. in l. si quando, §. illud, C. de inoffic[illegible] qui loquitur in casu stati prohibentis filium [illegible] posse cõtrahere, & se obligare, seu renunc[illegible] præsentia, & consensu patris, nam filius po[illegible] consensũ patris ipsi patri renunciare, & sic[illegible]
2 soluere, quia † statutum non requirit auctor[illegible] tris, quæ in facto proprio interuenire nõ põt[illegible] glo. sed simpliciter præsentiam, & consensum
3 re propria põt interuenire, † est. n. dñia inter[illegible] tatem, & consensum secũdum Inno. in c. du[illegible] bus eccle. non alien. in 6. & per Doct. in l. si [illegible]
4 bona, §. iussum, ff. de acq. hæredi. Præterea † [illegible] propinquorum requiritur ad excludendum [illegible] sumptionem fraudis, & doli, ut uoluit Bart. [illegible] factione, & ibi Bal. C. de transact. Bal. in c. [illegible] ta. uersi. quarto quæro in 4. col. de pace iu[illegible] & Bar. in l. fi. in 2. notab. ff. quod met. cau. [illegible] in casu nostro ultra auunculum, de cuius cõ[illegible] pnãtiam tractari dicebatur, interuenit præs[illegible] ctoris iudicis, qui est, & erat consanguineus [illegible] pnãtia alterius consanguinei, de cuius com[illegible] principaliter, nec secundariò agebatur, omn[illegible] tio, ac præsumptio fraudis, & doli cessare d[illegible] per præsentiam Doctoris, iudicis, consangu[illegible] terius consanguinei suppletur ille defectus, q[illegible] sona auũculi adesse, & considerari poterat, arg[illegible] quæ uoluit Bar. in d. l. fi. quod metus cauſa, & [illegible] ter à fratre in ulti. col. ff. de conditione indeb[illegible]
5 sus † statutum, quod præsentiam propinqu[illegible] quirit, nõ excludit præsentiã prodinquorũ, d[illegible] rum commodo secundario, & in consequen[illegible] ctari posset, quamuis fortè excluderetur pr[illegible] illorum propinquorum, de quorum utilitate [illegible] principaliter, & immediatè ageretur, & hoc [illegible] su potest procedere doctrina Barto. in d. l. fi. [illegible] ctorita. tutorum, qui loquitur, quando pate[illegible] principaliter in facto proprio consentie. [illegible]
6 † statutum de contractibus cum minoribus [illegible] uult, ꝙ ubicũque adultus minor uigintiquing[illegible] cõtraxit, seu absoluit, & renunciauit etiã in re[illegible]

nostris, uidelicet absoluendo tutorem ab administratione tutelæ, seruata solennitate supradicta, ipse minor non possit petere, nec impetrare restōnem in integrum aduersus talem renunciationem, seu absolutionem, nec teneatur etiam tutor, facta absolutione prædicta, & statuti forma seruata, reliqua ipsi minori restituere. Quod tamē intelligerem, quando minor fuisset enormiter læsus, propter quam læsionē aliàs posset dari solet iuxta not. in c. 1. de in integ. resti. nam ex hmōi statuto, quod, seruata illius solēnitate, tollat restōnem propter enormē læsionē, minor non posset restōnē in integrū obtinere, ut per statutum aliqd iuri cōi addi diceretur, iuribus uulgaribus, sed si minor fuisset ex hmōi absolutiōe, & renūciatione enormissimè læsus, quæ enormissima læsio dolū in se hēt medium præsumptum, sed etiam manifestū, ut uoluit Bar. in l. fi. ibiq; Alex. ff. de præto. stipula. & l. vnde, ff. pro socio, tunc arbitror restōnē non esse ipsi minori denegādam, quia statutū debet intelligi de enormi læsione tantū, & non de enormissima, nā † talis læsio semper in quacūq; dispōne censetur esse excepta, ut minus dicat piudicare, etiā si iurm interuenisset, ut pulchrè colligitur ex ijs, quæ uoluit Corn. in cōsi. 166. in col. antep. & pen. uol. 1. & idem uoluit Decius in cōsi. 203. & 216. & Sozi. & Moder. in auth. sacra puberum, C. si aduer. uend. probata ergo enormissima læsione per dictū Iulium absq; dubio restō contra dictā absolutionē sibi daretur, & non aliter. ¶ Circa assignationē fructuū dictæ possessionis, concludēdum est illam in se ualere, rōnibus præmissis, tum quia seruata fuit forma, & solennitas statuti requisita in obligatione, & alienatione bonorum à minore facta, tū etiam, quia † de iure rōne dotium aliquid ultra dotē à die moræ in recōpensationē fructuū, & interesse deberi pōt, c. salubriter de usuris, & gl. in c. conquestus eo. tit. Si tamen assignatio fructuū ultra interesse facta fuisset, & ex ea Iulius fuisset enormissimè læsus, ut quia tot fructus annuatim percepisset, qui ultra tres partes ex quatuor interesse dotium excessissent, iuxta ea, quæ habetur per do. Anto. Ioan. de Imol. in ca. quintaullis, & in c. cū contingat de iureiur. & Bart. Imol. & Alex. in l. si societatem, §. arbitrorū, ff. pro socio, & in l. si quis cum aliter, & in l. siquis arbitratu, ff. de uerb. obl. tunc dictus Iulius posset etiam nō obstāre iuro restitui ad tradita per Deciū & alios in dictis cōsiliis, iunctis ijs, quæ in prima difficultate dicta fuerunt. Interesse autem dotiū prædictarū post solutum matrimonium à die moræ consideratur, & debetur, secūdum quod reperitur statutum, & cautum in statuto posito sub rubr. de dotibus resti. in §. insuper cū sequen. quod interesse secūdum Cyn. in l. unica. §. exactio, C. de rei uxo. actio. etiam hodie de iure canoni co à die moræ peti potest, ergo in terminis nostris potuit hmōi relaxatio fructuū fieri in cōpensationē usurarū, seu interesse, & alimentorum, quæ hæres mariti defuncti mulieri præstare tenetur, donec illi dotē restituerit, ut per Abb. & alios in d. c. salubriter, & in casu nostro etiā ut filius debuit matri non habēti aliū de, vnde se aleret, alimenta præstare, l. si quis à liberis, §. 1. & ibi Bar. ff. de alen. & agnos. lib. & secūdum Lauren. de Rodul. in tract. suo de usuris, quē fecit sub cōmento, c. consuluit de usur. in q. 65. pōt mulier post solutū matrimonium conuenire ex pacto de lucrando aliquid ultra sortem, donec dos sibi soluatur, nā Iuliū dicetur sibi pro interesse deberi, & hoc sequitur Io. de Ana. in d. c. salubriter in 6. col. Sed ex mente Papinij, & Inno. & Io. And. ibi hoc uerum esse posset, quando mulier fuisset solicita in repetendo dotem suam, quam facilè potuisset recuperare, si illam petiisset, uel non haberet, unde se aleret, alioquin secus, quia tunc non posset mulier aliquid petere, nec conuenire de consequendo aliquod lucrum rōne dotiū secūdum Inno. & Ioan. Andr. in d. c. salubriter, & facit id, quod uoluit Bar. in l. insulam, §. usuras, ff. solu. matri. inquiens, cp mulieri, quæ passa est morā in dote sibi restituenda, non debentur usuræ. nec aliquid rōne interesse, seu alimētorum: & ideò si in casu nostro domina Thadea facilè potuisset dotes suas exigere, & repetere, uel haberet, unde se alere potuisset, vel suam pecuniam dotalem exactā ex manibus hrdum mariti potuisset facilè alicui mercatori ad partem honesti lucri concedere, prout ipsa potuisset fratrib. suis mercatoribus optimis concedere, profectò tuta non eēt saltē in foro animæ paciscendo de lucrando annuatim dictos fructus, & propterea melius faceret, si se ab hoc lucro abstineret, qa in dubio semper tutior uia pro anima est eligēda, ut habetur in c. in ciuitate, ibiq; glo & Doct. extra de usur. & fortè tutius pro anima sua eēt, si id, quod perceptū fuit, saltē quod excederet debitū interesse, filio, & hæredi restitueret, quia nō remittit peccatū, nisi restituatur ablatū, c. cū. tu de usuris. Ex prædictis itaque domini arbitri scire possunt, quid tàm pro salute animæ, quàm etiam pro iustitia ministranda facere debent. Laus Deo.

S V M M A E.

1 *Administrans quomodocunque bona aliena rationem suæ administrationis reddere tenetur, quicunque is sit, & nu. 5. 6. & 7.*

2 *Papa etiam de gestis per eum rationem suæ administrationis reddere tenetur, & in alio sæculo durius, & seuerius iudicabitur, quam alius num. 4.*

3 *In Papa bona ecclesiæ alienante iusta causa præsumitur, nisi contrarium probetur.*

5 *Pater, & Mater bona filij administrans rationē reddere tenetur, Idem in auia, & idem in fratre, qui etiam uiuente patre communia bona profectitia administrauit.*

6 *Procurator, negotiorum gestor, tutor, curator, & socius rationem reddere tenetur,*

7 *Idem in protutore, siue falso tutore, & curatore.*

8 *Ratio à quolibet administrante iterum à capite, & integraliter redditur, quando semel reddita perperam, & cum damno alterius reddita fuit.*

9 *Ad rationem reddendam contra quencunque administratorem quo remedio agatur.*

10 *Possessor intrusus, & uiolentus quo remedio de fructibus, & reditibus, & de bonis mobilibus cōueniatur, & rationē reddat.*

11 *Contra administrantem bona aliena, quicunque is sit, quando iuretur in litem, & facta prius taxatione per iudicem stetur iuramento illius, cuius bona administrauit, & num. 14.*

12 *Tutor non conficiens inuentarium, & librum rationum, aut interpellatus illum non exhibens in dolo esse censetur, & contra eum in litem per adulium iuratur:*
Idem in quolibet alio bona alterius administrante, num. 14.

13 *Omittere id, quod ex officio quis facere tenetur, est dolus.*

15 *Tutor, seu alius administrator quid teneatur facere, aliàs teneatur ad inter. esse per iuramentum in litem æstimandum, & declarandum*

16 *Inuasor, & prēdo censetur, qui proprio nomine possessionem rei alterius uacantem, & ad se non pertinentem occupauit, illamque restituere tenetur.*

17 *Et contra eum de rebus mobilibus, & interesse illius, cuius rem occupauit, in litem iuratur.*

18 *Iuramentum in litem contra quemlibet administratorem defertur pupillo facto puberi, & adulto etiam super administratis, & gestis tempore pupillaris ætatis, & nu. 20. 21. & 23.*

19 *Aduersatiua natura quæ sit.*

21 *Pupillus factus pubes quando de gestis, & administratis tempore suæ pupillaris ætatis iurare possit, & quando non.*

22 *Pupillus factus pubes potest de ijs, quæ uidit, & cognouit in pupillari ætate iurare, & testificari.*

23 *Pupillo quare in pupillari ætate iuramentum non deferatur.*